



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 12. Consalvi initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. XII.

*Conclavis initia.*

Sæcul. XVI.  
A.C 1503.

Dum interea ejusmodi artibus ludebatur, ad proximum Conclave necessaria disponuntur, die vero vigesima nona Augusti Cardinales Congregationem celebrant, ut prius Romanæ urbis tranquillitati salutaribus consiliis prospicerent. Ergo Carolum Alusium viginti millium exercitui præficiunt, eodemque tempore platearum fauces firmo obice obstrui, atque catenis claudi jubent, ne equitanti- bus accessus pateret. Fidem quoque suam sacro Collegio obstrinxit arcis S. Angeli Præfectus, jurans in verba Medici, Cæsarini & Sanctæ Crucis Cardinalium, ipse vero Hispaniæ Legatus se obtulit sponso- rem pro Præfecto, qui eodem die Cajetanum Bernardinum Alviacum Abbatem, Cameræ Auditorem, Jacobum de Sanarello, aliumque Abbatem, postquam de viginti Ducatorum millibus cavissent, libertati restituit: sub idem autem tempus Hispani Ursinorum Palatio in Monte Jordano ignem subjiciebant.

§. XIII.

*Sacrum Collegium Valentini Duci reconciliatum.*

In alia Congregatione, quæ in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam habebatur,  
G g 2 decre-